LOGICA VET

GW: 2514, 8132;

Rude dne ...



Dapifer stolnyk

pincerna ...



Immonne Domn Ame

Incun. 139, 140

Bibl. Jag.





Homo quida fert ...

maria

V B J C

139-140

Inc.

XIII. 3 - 34.

Artis dicendi et scribendi preceptoriũ vtilissimũ ingeniosa Augustini dati Senensis lucubratiõe congestũ: cũ regulis quibusdã oratorijs, et epistolis formularibus non inornatis.

Joannes Jeschan

Inan. 170

Hain. 6022

Bibl. Jag.

Dicit dyonisius non aliud evadere posse nisi
[illegible] mente assidue [illegible] in sibi ymitandis [illegible]
[illegible] in eis [illegible] accomodaverit [illegible]
[illegible] et si in eo non manet [illegible] humilitatem [illegible]
[illegible] voluntatis tentandis aliis [illegible]
[illegible] in lingwa [illegible]
[illegible] quod [illegible] augustinus [illegible]
[illegible] terras [illegible]
[illegible] optimi doctoris [illegible]
omnes [illegible] dicit [illegible] tenerum [illegible]
[illegible] vero augustinus [illegible]
opera [illegible] legisse [illegible]
dignos [illegible]

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

Eloquentissimi viri ac pre

cipui oratorie artis doctoris Augustini Senensis. de variis loquendi regulis siue poetarum preceptis Tractatus feliciter incipit.

Credimus iam dudum a plerisq viris etiam disertissimis persuasum demũ artem quẽpiã in dicendo nonnullam adipisci. si veterũ atq eruditorũ sectatus vestigia. optima sibi q̃sq ad imitandũ proposuerit. Neq em̃ qui diutius in Ciceronis lectione versatus sit nõ etiam in dicendo et ornatus et copiosus esse poterit. Nam et aridiora crebrius consectantes. ipsi quoq aridi. ieiuni et inculti fiant necesse est. Lectitanti igit̃ mihi Ciceronis volumina. quem eloquentie patrem appellamus. pauca annotatiõe digna visa sunt. quib9 si vtamur vulgariũ sermonem aspernati. ad eloquẽtiã proximius accedemus. Sed tñ id in primis admonendũ est qđ ille diligẽtissimus et insignis orator Fabius Quintilianus de orationis ptibus dicere consueuit. Neq em̃ sit leges oratorũ quadam velut immutabili necessitate ↄstitute nec rogatõibus (vt idem dicebat) plebisuescitis facta sunt ista p̃cepta. sed vt in statuis picturis poematibus ceterisq ita et in exornanda quoq viri eloquẽtis oratione plurimũ

semper decoris atq3 venustatis habeat varietas. Atq3 qd dici solet cauendū tenendumq3 est id ante omīa. ne ars vlla dicendi si fieri pt absq3 cōmutatiōis varietate esse videat.

¶ Prima Lex.

b Hec igitur prima lex sit cōmutationis varietas sc3 quam eruditorū aures nō difficile iudicent. hoc igitur facto fundamēto perpauca deinceps scribam amice suauissime que etsi nō semper. vt plurimū tamen his rationibus tibi seruanda erunt. Sed iam nostri instituti operis nascetur exordium.

¶ De verbo in calce ponendo.

Plerunq3 eīm qui oratorie artis floribus ac faleratis vt aiunt verbis studuerit verbum contra tritam vulgatamq3 grāmaticorū consuetudinem quod in calce absolute orōis locari consueuit. id illi potius coaptant initio. quod omne tibi exemplo erit manifestius.

¶ De partibus orationis.

Scis plenam orationem tribus constare ptibus quod suppositū (vt ipsorū vocabulis vtar) verbum et appositum vocant. Dicunt igit grāmatici. Scipio Africanus deleuit carthaginem. Ornatioris vero eloquij hoīes conuerso po

tius vtuntur ordine. Carthaginē Scipio africanus dele uit. Illi. Marcus Cicero vtit familiariter Publio Len tulo. Hij vero. Publio Lentulo Mar. Cice. familiariter vtit. Quibus plane exemplis patere arbitror appositū pri mū in oratione. suppositū mediū. nouissimū vero locum te nere verbū. Sed si quid pro grāmaticorū more post appo sitū erit. id initio oratiōis poni solet. cuius rei exempla sub nectam. Scipio Emilianus euertit Numantiam vrbem opulentissimā hispanie. Hispanie opulentissimā vrbē Nu mantiam Scipio Emilianus euertit. Nō ignoras multa esse genera epistolarū. Epistolarū genera multa esse nō ig noras. Licurgus condidit sanctissimas leges Lacedemo nijs. Lacedemonijs sanctissimas leges Licurgus condi dit. Multa cōsimili ratione. ¶ Appositū plerunque in prin cipio apponitur. suppositū in medio. in fine verbū. vt Ario pagum Solon Salaminus primus condidit. Ceterum diuersis ordinibus et locis collocande partes sunt pro au rium iuditio quod quidem est solo vsu comparatur.

¶ De Aduerbijs.

Jam vero de aduerbijs que sunt veluti adiectiua ver borū dici potest. passim vbiuis loci ponenda esse. vbi demū

aptius congruere visa fuerint. modo in principio. modo in fine. modo interiecta inter vtrūq3. Qua in re diligēti vtendum est consilio. Sed prope verbum peruenustam frequētius reddunt orationem. Q. Fabius maximus ante alios fortiter atq3 animose pugnabat. Caius Lelius Scipiōe familiarissime vtebat. Clementissimus cesar humiliter ignoscebat. Nunc vero ad reliqua.

¶ De prepositionibus inter adiectiuū et substantiuū.

Prepositiones perpulcre inter adiectiua et substantiua noīa interijciunt: vt feraci in agro. ornatissimo in loco. maximas ad res. hanc ob causam. iustis de causis. Aliaq3 huiusmodi complura. ¶ Nec prepositiōes solum: sed alia preterea: cuiusmodi nūc sūmemus exempla. Maxima in rem publicā diligentia. magna in parentes pietas. incredibilis in oēs ciues obseruātia. Summa in hospites liberalitas.

¶ De nominibus nominatiui casus.

Atq3 etiam pulcerrimū inter duos casus puta nōs aliquid continue ponitur. vt omnia reipublice iura. ōstantes militū animi. Immania sceleratorū hominū flagitia. E cōuerso etiā constituta ac transposita oratione plurimū exornant. vt huius claritudo viri. huius querit auctoritas loci.

¶ De nomine adiectiuo substantiuo ꝑponendo.

Uenuste etiã plerunqȝ precedit adiectiuũ nomen substã tiuũ. vt tua dignitas. optima virtus. diuinũ ingeniũ. exquisita doctrina. Magni etem̃ refert quo in loco queqȝ dictio sita sit. quod testatur Boetius in his commentarijs quos in Arestotilis libros cõscripsit. vbi et Ciceronis et Uirgilij ponit exempla. Boecij aũt hec verba sũt. Sed nisi de senectute aliq̃d scribere vellem mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit. Etem̃ quantũ ad orationis cõpositionem spectat maximũ differt: quo verba et nõia predicationis suo ordine proferant. Multuz em̃ interest in eo q̃d ait Cicero. Ad hãc te amentiam natura peperit. volũtas exercuit. fortuna seruauit. Ita dixisse vt dictum est. an ita. Ad hãc te amentiam peperit natura. exercuit volũtas. seruauit fortuna. Sic em̃ est minor sententie magnitudo mĩnusqȝ in ea lucet id. q̃d si sic cõponatur eminet: et sese volentibus hoĩm auribus animisqȝ patefacit. Rursus cũ dicit Uirgilius. Pacisqȝ imponere morem. potuisset seruare metrũ si dixisset. Moreqȝ imponere paci. sed esset debilior sonus. Nec eo ictu ꝓsus taz ꝑclare vt nũc ꝯposit⁹ diceret̃ q̃d idẽ nõ esset apd̃ dialecticos. Hec ꝓ Boe. Nũc ad reliquã

De dictione negatiua.

Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur. vt prestantiorem te vidi neminem. Scipione clariorem in bellicis laudibus inueni neminem. Tua erga me beniuolentia tuo in me amore carius est nihil. Qui te ardentius amet habes neminem. ¶ Sed et possessor ante possessionem. vt optimi viri diuitie. Prestantissimi viri virtus. Prudentissimi hominis consiliũ. ¶ Quid vero pulcrius q̃ pro gerundijs que appellant vtemur gerundiuis nominibus. vt tritum est Prisciani exemplum. vt veni causa amandi virtutẽ Ueni amande virtutꝫ causa. Ueni gratia gerendi bella. gerendorũ bellorũ gratia. Ad amplexãdam ṽtutem: amplexande virtutis gratia. Hec vna p̃ceptio est optima crebra q̃ eius apud Marcum Tullium aliosq́ eloquẽtes viros fuit semper obseruatio.

De Relatiuis.

Nunc aũt multa confitiam. que si diligẽter aduerteris haud parum ornatus latino conducent eloquio. Sed id mihi in primis animaduertendum videtur. q̃m tria fuerint Antecedẽs et consequens ac eorum mediũ relatiuũ nomẽ Si illud consequẽs fuerit vel hominis vel rei cuiuspiã prius

nomen. tunc relatiuū sequēti semper ꝯgruat. alioquin nō latina oratio fit: sed a doctissimorū hominū cōsuetudine aliena. Alias em̄ potest cum alterutro cōuenire si nō sequatur propriū nomen. quā rem facile exempla declarāt et priscorū auctoritates cōplures. Marcus Cice. primo tusculanarū questionū. Studiū sapientie que phia dicit᷑. Et idez de rep. Consilia actusq̄ hoim iure sotiati. que ciuitates appellant᷑. Atq̄ itez. Ex illis sempiternis ignibus que sidera et stellas nūcupastis. Salustij quoq̄ id tritum exemplū. Est locus in carcere quod tullianū appellatur. Innumerabilia in vetustis codicibus id genus inuenies. Nec est grāmatice artis vitium. quod quidam ignari litterarū arbitrantur Sed et nos aliquid exemplorū afferamus. Preclarum est Ciceronis opus qui Catho maior dicit᷑. Atq̄ vrbis visceribus consulendū est. qui s[illegible] ciues: perditi viri ex vrbibus pellendi que est ciuitatū pernities et sentina dedecoris. plerunq̄ relatiuū nomen cum eo concors est quod sequitur.

¶ Illud quoq̄ inspectandū est. nam cū tria existant quorū vnū relatiuū sit nomen frequētissime eorū duo in eiusdem casus exitu cōueniunt. Nam exempli cā dicam aliqd. Si qs hunc sermonem ꝓtulerit. Liber in quo de ꝟtute agitur

preclarus est. cōcordant nanq̄ eodem casu e tribus duo il la que maiori vicinitati cōiuncta sunt. Aliud item exemplū huic sermoni sit. Quas misisti litteras ad me mihi iucunde fuere. Sermonem quē audistis nō est meus. Quam existi mas Demostenis orationē Eschinis est. Atq̄ huius ser monis crebrū inuenire poteris apud veteres vsum. Mar cus Tullius offitiorū primo. Quorū offitioꝝ precepta tra duntur ea quanq̄ ptineant ad finem bonoꝝ. Uirgilius Maro in Eneid. Urbem quā statuo vestra est. Terenti⁹ in Andria. Post hac quas fatiet de integro comedias spe ctande an exigende sunt nobis prius. Idem. Populo vt placerēt quas fecisset fabulas. Idē. Quas credis esse has non stꝫ vere nuptie. atq̄ eiusmodi sermo plurimū exornat.

De prepositione Per.

Id quoq̄ notatu dignissimū est. vt cū positiua etiā veli mus augere nomia. his prepositio accedat. Cicero in epi stola ad Curionem. Cui carus eq̄ sis ac per iucūdus. Idem de oratore primo. Per beati illi videri solent in op tima rep. cū honoribus et rerum gestarū gloria florent et cum vite cursum tenere potuerūt. Terentius in Eunucho Per pulchra credo dona haud nostris similia. Nam ꝑ gra

tum valde gratum significat. et in oratione lepide personat.

¶ De aduerbijs superlatiuo prepositis.

Atq; superlatiuis. multo. longe. et quã. aduerbia preponimus. Idq; sepenumero per pulchrum videri solet. vt longe amantissimus nostri. multo omniũ fortissimus. Et ago tibi quam maximas gratias. ¶ Comparatiuis vero vel multo vel longe preponi solet. vt Justitia multo preclarior est ceteris virtutibus. Et Socrates longe alijs philosophis sapientior.

¶ De nominibus profectis a grecis.

Illud etiam nequaq̃ omiserimus cum enĩ nomia quepiam sint profecta a grecis tertie inflexionis et obliquos casus habentia qui rectos superant. latini oratores frequẽtissime casibus accusatiuis litteris illorum quibusdam immutatis fingunt aliarum declinationũ nomina. et genus seruant. qualia poematis. Enthimeumatis. delphinus. elephautus et lampada existunt. que a plerisq; tertia inflexione proferuntur. scilicet poematibus. delphin. elephas. lampas. Hanc tu obseruationem diligenter commenda memorie.

De datiuo.

Cum aūt volumus nobis ostendere aliquid iucundum honestum. vtile est. tunc datiuo cū verbo vtimur sum es est substantiuorum. quorū illa adiectiua sunt. Nam ne exemplis discedam quid aliud significat. Hec res mihi iucunditati est. q̄z. hec res est mihi iucunda. Idemq̄z ipsum. Tue mihi littere fuerūt gaudio. quod est. ad gaudium. vel gaudium mihi attulerunt. Eodemq̄z pacto. Leges dignitati sunt reip. Preclara vrbis edifitia ciuibus decori sunt. Uitia dedecori sunt viris. id est dedecus pariunt hominibus deq̄z ceteris consimili ratione.

De Affitio.

¶ Uerbum affitio et pulcrū est et late patet. Nam affitio te honore. i. te honoro et fatio tibi honorem. Affitio te voluptate. i. tibi voluptatez affero. Affitio te laudibus. i. te laudo. Affitio te probo. i. vitupero te. Affitio te comodis. i. comoda tibi fatio. Affitio cadauera sepultura. i. cadauera sepelio. Affitio inimicos iniuria. i. fatio inimicis iniuriam. Atq̄z similiter. Affitior dolore. i. doleo. Affitior gaudio. i. gaudeo. Affitior verecundia. i. verecūdor. Latissima est huius verbi vsurpatio. Neq̄z tamē te lateat affitio disponere

significare. hinc est illud Plinij. viua vox magis afficit. Neq; enī sine optimis causis tam lata tamq; diffusa est huius verbi significatio. Sed de hoc satis.

¶ De dictione Tum.

Non est aūt ignorandū ꝙ si duo aut plura duobus (qđ perraro vsu venit) si illa se pariter habuerint vtriq; tum dictionem preponimus. Quod liqueat exemplo. Par est in Mar. tullio. Tum doctrina. tum virtus. qđ est. quanta est doctrina tanta est eius virtus. Sic quoq; Caium lelium cōmendare velim ex ꝓbitate et doctrina tūc recte & splendide dixerim. Caius Lelius vir est. tum doctus tum probus Idemq; sonat. Magno inest Caio lelio tum virtus tum etiam doctrina. Caius lelius tū laude tum rerū sciētia valet. Sequit̃ aliud iterū exemplū. Themistocles tum ꝯsilio pollet in vrbanis rebus. tum in bellicis negotijs. viribus atq; animi magnitudine floret. Sic enī tantum ostēditur in rebus vrbanis esse consilium. quantum in bellicis magnitudinem animi. quod tum geminatū positum est.

¶ De coniunctione Et.

Sed eandem quoq; vim habet geminata Et ꝯiunctio vt Eneas est & terra iactus & alto. Idem ꝑfecto significat

Eneas tum pelagi tum terrarū labores ꝑpessus est. Afri canus item singularis et vir et imperator. Idem sibi vult Africanus tum magnus vir extitit tum imperator.

De dictione Cum.

Ex si/duo:nequaꝙ̄ paria sunt.sed alterū minus comple ctitur,alterum vero maius.ita effitiendum est vt quod leui us existat locemus prius atqꝫ ei cum dictionem preponā mus. Quod aūt grauius validiusqꝫ id posterius positum tum dictio precedat. Quod patefacimus exemplis. Caius Lelius amat Scipionem propterea ꝙ eum doctū cogno uit hominem et semper virum optimū. Quod postremum ad amorem vehementer impellit.quare ita oratio est insti tuenda. Caius Lelius amat Scipionem. cum ob doctri nam eius.tum propter virtutem. Ita virtus in hac beniuo lentia plus momenti habet:atqꝫ si ita dixerim. Cum omēs beati sunt qui bene viuunt.tum per beati qui omia deserūt et ꝟtutem solam cōplectūt. Hos nanqꝫ posteriores mul to beatiores esse constat:si quis superius modo allatā pre ceptionē sane intellexerit. Hoc Marcus Ci.in primis fre quenter vsurpat. Ex quo illud Cū omnibus consulendū est,tum his qui armis positis ad imperatoriam fidem con

fugiunt. Significat enim fugientibus ad imperatores et sese dedentibus multo magis consulendū esse. Atque in Cathone maiore. Mirari sese aiebat sceuola Marci Cathonis cū ceterarum rerum pfectam sapientiam. tum q nunquam fuerit illi senectus grauis. Sed hac de re satis.

De laude explicanda.

Jam vero explicandū est qua ratione quamplā personam aut laudari aut vituperari oporteat. quod ad decorē sermonis ptineat. Nam illud trifariam posse fieri cōperim^9 ex monimētis litterarū. Si ergo velim ostendere. M. C. habere magnam vtutem cū verbo sum es est cōmodissime fiet. M. C. vir est magna vtute. M. C. vir est magne virtutis. M. C. vir est magnus vtute. Plato philosophus fuit prestans ingenio. Mulier est clara moribus. clarorū morum. claris moribus. Uir egregius laude. egregie laudis. vel egregia laude. Sed illud prius magis poetarum est. Postremum vero et splendidissimum ac perpolitum. Aristotiles scientie copia. Aristotiles exqsita doctrina vir acri ingenio. Quod quidem vt disertissimus Priscianus inqt. significat Aristotilem habētem vel habere scientie copiam et q habeat exquisitam doctrinam. Ceteraque psimili rōne

Quod quidem Aulus Gelius sentire videtur in noctibus acticibus. Est enim velut defectio quedam sed postea vsurpata est ab eloquentissimis viris et clarissimis oratorib⁹ qua et nobis quoqꝫ vtendum est.

De Participijs.

Atqꝫ participiorū tum accusatiui casus sepe. tum ablatiui locum tenuere infinitiui verbi. Hinc Salustiani illud Nam et priusqꝫ incipias consulto. et vbi consulueris mature facto opus est. Et Therentiana missis Gliceriū alloquens amicam Panphili. Jamiam inquit inuentum tibi curabo et adductū tuum Panphilum curabo. Omnia nanqꝫ illa. consulto. facto. inuentū. adductū. consulere. facere. inuenire. adducere significant. Uerū oratores frequēter his rōnibus ablatiuorū casuū vtuntur. accusatiuorū per raro.

De dictione Opus.

Et quoniam de noīe quod est opus attulimus mentionem intelligendū est. Opus est mihi hac re. significare me egere hac re. Sed id varijs casibus iungi solet. Nam etiā Opus est mihi opera tua. noīatiuo casu. et tūe opere. tuam operam. et tua opera. dicamus. Sed postremū ornati⁹ est et totum oratorū. Ceteris rationibus poete potius histo

rici vtūtur. nos aūt quedam precipimus vt cognoscamus a veteribus vsurpata eisdemqꝫ vtamur. Quedam vero vt cognoscamus solum. Nam opus est mihi hanc rem nunqꝫ orator dicit. sed hac re.

De Adiectiuo et substantiuo.

Quid illud. nonne pulcerimū est. vt cū duo nomia alterum adiectiuū. substantiuū alterū. eodem casus exitu pferri debeant. vt sepe creberrimeqꝫ cōtingit. tunc adiectiui vocē que est neutra in vim substantiuam transferamus. et substantiuum genitiuo casu locemus. Quod vt frequens est eruditis ac disertissimis viris. Ita quoqꝫ erit exemplo manifestum. Nam cum multam virtutem dicturus sum. Si multum virtutis eius orationis loco posuero. multo protulerim venustius. Multum enim pecunie significat multam pecuniā. Plurimū virium. vires plurimas. Quid animi. quis animus. Quid rei. que res. Quid cause. que causa. Aliaqꝫ item per multa. Sed animaduertendū est. Nam si genitiuus casus ille fuerit singularis. totam item orationē singulariter exponere debemus. Sin pluralis pluraliter. Nanqꝫ exempli gratia. Multum pecunie. id est multa pecunia. in singlari numero. At contra. Multū pecuniarum

significat multas pecunias plurali numero. Similisq; est et aliorum ratio. vt multum roboris singularem. plurimū virium pluralem habet quoq; significationem.

De Parum et Satis.

Et aduerbia quoq; nōnulla vim eandem retinent presertim vero duo hec. parū et satis. Nam parum sapientie. est. parua sapientia. Satis virium. i. sufficientes vires. Et nihil quoq; siue nomen siue aduerbiū sit in eadem sepe obseruantia cadit. Hec igitur hactenus sufficiunt.

De Tum et Et.

Quoniam aūt singula hec fere inuestigamus. id quoq; dignū cognitione est. vt cū duo meminerimus substantiua noīa quorū vtriq; Epitheton adijciendū sit. vt adiectiuū ipm in principio collocemus et cū sequētibus substātiuis vel tum geminatū vl' duplicatū et. preponamus. Exempli vero causa afferant Ciceronis verba. Africanus singl'aris et vir et imperator. qd est. Africanus fuit singularis vir. et singularis imperator. Propter magnā & doctoris auctoritatem et vrbis. id est. Propter magnā auctoritatem vrbis et ꝓpter magnam auctoritatem doctoris. Preclarus et miles et ciuis. Illustris tū vir tum imꝑator. Optimus tum

patrie defensor tum gubernator. Justus ⁊ rex ⁊ iudex. Cōsimilia eodem modo se habent. ¶ Sed et sepenumero cōtra eodem ordine vni substantiuo preposito duo adiectiua aut plura deseruiunt. Exempla sunt que nunc substituam Uir tum bonus tum etiā temperatus. Impator tum callidus tum fortis. Judex et integer et solers. Ornamenta ciuitatis tum multa tum preclara. Alia tuipse coniecta.

¶ De substantiuo locū adiectiui tenente.

Nonnunq̄ etiam duo substantiua ita se habent: vt alterum vim suam vbiq̄ conseruet ac tueatur. Alterum quasi quendam obtineat adiectiui nominis locum. et eius fungatur offitio. Quale est Uirgilianū illud primo Eneidos Molemq̄ et montes insuper altos imposuit. Ac si dicat. Molestos montes imposuit aut molem montosam. Cauendū est ne ab honestate naturaq̄ discedamus. perinde ac si dixerit. Cauendum ne a naturali honestate discedamus. Sed nota tibi hec sint. Et ne quasi historiā texens dicendorum seriem nectam. Itaq̄ patefecerim: vt sese mihi forte quedam obtulerint. Et quando vnum substantiuum mutatur in adiectiuum. tangitur figura que dicitur Endioadis.

¶ De vltimis supinis.

Ceterum non ignoras vt ipse arbitror extrema supina plerunqꝫ ornate ac peruenuste significare gerũdia accusatiui casus Ad dictione ꝑposita. vt Res difficilis creditu. est. ad credendũ. Memorabilis visu. est. ad videndũ. Jocũda auditu. id est ad audiendũ. Suauis gustu. id est ad gustandum. Permultaqꝫ similia ac pari modo sese habent.

¶ De positiuo loco superlatiui.

Necid te amice lateat vt cum fuerit superlatiuũ quodpiam durius asperiusqꝫ et superlatiue significandum. sic vt pro superlatio suum positiuũ afferamus et ei aptumqꝫ apponamus aduerbiũ. Nam maxime mẽorabile facinus. est. memorabilissimũ facinus Maxime rarum genus hominũ est. rarissimũ genus hominũ. Sed admodũ et in primis positiuis adiuncta vim ferme eandem retinent.

¶ De laude mediocriter explicanda.

Id aũt nequaqꝫ silentio preterierim vt si quem qui virtutem habeat velim mediocriter laudare. Dicam exempli causa. Pericles virtute prestans princeps erat Athenis. Uel qꝫ multa preclara gesserit. Themistocles rebus gestis floruit. Si enim velim vehementer ac plurimum laudare

adijciam gloriam siue laudem et causam laudatōis casu ge nitiuo ꝯstituam. Pericles (vt eisdem exemplis agam) viro tutis gloria prestans Athenis claruit. Themistocles ge starū rerū laude emicuit. Sicꝫ Marcus Antonius pre stabat eloquentia. mediocriter laudatur ac fere exiliter. L. Crassus eloquētie gloria excelluit. vehemētissime laudatur Sed tu pro ingenij bonitate alia deducito.

¶ De Adiectiuo et substantiuo.

Quotiens nomina (qđ ipse quoqꝫ testatur grāmaticus Seruius) pluralis ac singularis cōnectuntur numeri re spondeamus viciniori. Virgilius in. i. Eneid. Hec illi⁹ ar ma. hic currusqꝫ fuit. nō aūt fuerunt. Therentius in and. Amantiū ire amoris reintegratio est. Xenofontis delitie mee sīt. hostes eorumqꝫ exercitus properabat. atqꝫ ita fre quētius obseruant. Idemqꝫ si in diuersis generibus. Nam siue masculinū siue femininū est. semper viciniori responde am. vt Vir et mulier optima ad me venit. Intelligitur eñ optimū esse virum et optimam esse mulierem que venerit. Verū si plurali numero volumus vti ad masculinū trāsire necesse est. vt vir ꝛ mulier leti ꝑperabāt. Alexāder et olimpi as clari fuerūt. Johes ꝛ katherīa philippo oneri extiterūt.

¶ Operepretium.

Operepretiū esse qđ peruenustū est significat modo vtile esse. modo necessariū. modo iucundū. modo laudabile. atq̄ his significatōibus id nominis veteres vsurpant.

¶ Frui.

Frui quapiam re est fructū siue vtilitatem. voluptatēue percipere ex ea re. vt cū dixerit quis. Otio fruor. i. voluptatem summo ex ipso otio. qđ secus theologi sentiunt.

¶ Pre se ferre.

Pre se ferre aliquid est verbis aut inditijs quibusdam id ostendere et quodāmodo profiteri seu confiteri. vt. M. Ci. pre se fert grauitatem. al's honestatem. Hilaritatē pre se fert Lelius. vult ostendere ꝙ sit hilaris.

¶ Rationem habere.

Rationem habere est respectum habere. sed vt planius exponam. Habere rationem alicuius rei est considerare. vt habere rationem loci. temporis ac personarū. est enim ea omnia ratione complecti et considerare. Hanc rem mente animo ve cōplector. i. hanc rem considero et mente voluto

In animo est significat in animo habeo. et animus mihi est. id est volo significat. certū est mihi et decreui idem est.

¶ Prosequor.

Prosequor te honore.est.te honoro. prosequor te laude est.te laudo. Prosequor te probro.i.te vitupero.prosequor te amore.i.te amo. Prosequor te odio.est.te odio habeo.

¶ Benemeritus.

Benemeritus sum de republica.est.benefitiũ in illam cõtuli. Benemereri de amicis.est.conferre in eos benefitia.

¶ Eque Atq; Haud.

At Eque pro ita. Ac vel atq; pro vt.vel q̃ ornatissime ponuntur. Exemplũ. Eque te laudo atq; Ciceronem.i.te sicut Ciceronem laudo. ¶ Haud pro non. Secus pro aliter.in eadem oratione venuste ac concinne compteq; se habent.vt Haud secus sentio atq; tu.id est. non aliter sentio q̃ tu.vel sentio sicut tu.

¶ De Comparatiuis.

Nonnunq; perpulchre compatiua pro positiuis ponũtur.vt Alexander Macedo habebat corpus imbecillius quod imbecillum significat. Satiri in scelera vehemẽtius inuehunt.quod est.vehementer inuehunt.

¶ De verbo Do.

Do hanc rem vitio.est. Uitupero hanc rem. Do tibi

hāc rem vitio.i.vitupero te de hac re. Do crimini.i.crimino. Do laudi.i.laudo. Do laudem tibi.pro te laudo.

¶ De verborum modis.

Sed nec illud quidem negligendū est. Nam subiunctiuus modus pro indicatiuo. & illius tempora pro huius tēporibus: interdū haud illepide ponunt. vt velim sepe p volo. gererem pro gerebam. dilexerim p dilexi. dixerim pro dixi. fecissem p feceram. gratū fuerit pro gratū erit. feceris pro faceres. Id enī multo ornatissimū si oportunis locis agat. Quod vbi factitandum sit peritorū aures facile censebūt. Quam ob rem exercitatio adhibēda est nō mediocris que omniū magistrorū precepta superat. Et si quis grāmaticas nouerit lrās ei qđ modo explicamus nō difficile ꝑsuadet.

¶ Partim hominum.

Partim hominū persepe dicitur. Aulo Gelio teste. Et idem est ꝙ pars hominū.i.quidam homines. Nam ptim hoc in loco aduerbiū est. nec ꝺm casus inclinatur. Sicut enī partim hominū. ita cū partim hominibus dici potest. qđ quibusdā hominibus sonat et quasi cū quadam parte hominū. Sed hoc tū splendidius cū in oratione iterū fuerit adiectū. vt est illđ Marci Tullij in epistolis. Nam qui

istinc venerunt ptim te superbū esse dicunt ꝙ nihil respon
deas. partim cōtumeliosum ꝙ male respondeas. Et qui ci
uitatibus presunt. partim nobiles sunt partim populares

¶ De Numero.

¶ Illud etiam optimū est cognitu ꝙ decimusquisqȝ vnus
est ex numero denario. sicut et millesimus est vnus ex nu=
mero millenario. Hinc est illud Cesaris in cōmentarijs.
Cognoscit non decimūquemqȝ esse reliquū alias relictuz
militē sine vulnere. Quo exemplo vti perpulcrū est. Quo=
tusquisqȝ homo. est. quot homies. Quotusquisqȝ miles. est
quot milites.

¶ Perquam.

Perqȝ vna dictio duntaxat pulcerrime positis adiungi
tur nominib⁹. vt perqȝ doctus phus. perqȝ fidelis amicus

¶ Alias.

Quid illud nunquid lepidissime vsurpamus. vt in orā
tione eadem iterum alias vsurpatum locum obtineat mō
aduerbij. quale esset si quis dicat. Omnes homines eodem
ferme sunt nati ingenio alias quidem rident alias vero la
crimantur. Omnes item ciues alias boni alias mali nusqȝ
eisdem sunt moribus.

¶ De Orationibus peruenustis.

Marcus Antonius iuit in castra. multifarie dr. M. An. castra peciit. in castra profectus est. se ad castra cōtulit. se in castra recepit. se ad castra perduxit. ¶ Hic habet vigiti annos. qd veterū consuetudine contra pedagogicā opinionem dr. Aliis quoqȝ rōnibus dicitur. Hic vigesimū annū agit. Degit vicesimū etatis annū. Est viginti annos natus vel nactus. Sed hoc postremū magis oratori cōuenit. Cicero laborat in eloquētia. Ci. in eloquētia operam ponit. dat eloquētie operam. etatem in eloquētia consumit. tpūs in eloquentia cōterit. studio incumbit eloquētie. Et alia deduc pro tuo iuditio. ¶ Habeo hanc rem mēoria. non minus vsitate quā venuste dr. Habeo siue teneo hanc rem memorie Teneo hanc rem memoria. huius rei mēoriam habeo. obliuiscor voluptatis vl' cuiuscunqȝ alterius rei. Voluptatis me cepit obliuio. Amicorū me cepit obliuio. ¶ Et idem verbum cum ceteris nominibus iūctum diuersa significat consimili ordine. vt cepit me satietas ciuitatis. Cepit me hominū odium. Cepit me studiorum delectatio. Virgilius rus incolit. Ciuitatem habet. perpulcre etiam dicitur. cum teneo seu contineo verbo. vt Virgilius sese ruri continet.

Strzemyen Gregorius

Tenet, sese in vrbe.

¶ Preter et Pre.

Si q̃s vellet ostendere aliquã rem aliam antecellere et vltra illã valere venuste dr. vel per actm̃ ꝑposita preter. vel cũ pre. abltõ preposita. vt cesar vltra alios pollebat rebus bellicis pulcerrime dicitur. Cesar preter ceteros rebus bellicis pollebat. vel pre ceteris pollebat.

¶ Facilis.

Lelius habet faciles mores seu facilem naturam. Or natius dicitur. Lelius est leui ingenio natus. Facili natus ingenio. vel facilimis moribus. Scipio Africanus natus est tristi ingenio. Et de reliquis consimiliter.

¶ Ualeo et Polleo.

Ualeo et polleo verba et splendididissima sunt et latissime patent. et ablatiuo coniuunguntur hoc pacto. Aurelius Augustinus plurimũ ingenio valuit. Ipocras ingenij bonitate ceteros preualuit. Mitridates memoria. Marcus Ca. in ciuitate plurimũ auctoritate pollebat. ¶ Et Claṛeo ⁊ Floreo ṽba eadem ferme se habent rõne. Ego apud diuũ cesarem multuz siue possum siue valeo. ornate ⁊ splendide dicitur. Apud diuum cesarem plurimum mea valet

auctoritas. Hortensius plurimū potest in senatu multūq3 potens in senatu. Ornatius. Multum hortensij in senatu valet auctoritas: que potissimū significat eam opinionem que est apud homines de alicuius viri prestantia que vulgo attrita consuetudine reputatio nuncupatur.

Est mihi.

Ceterum id perbellū est. Est mihi apud te fides. id est. tu adhibes mihi fidem. qđ accuratius aduertendū. Nam plerunq3 solet sum es est verbū datiuo iunctum significare habere quodāmodo et possidere. vt Est mihi pecunia. Est cesari magna potestas. id designat me pecuniam habere. hoc habere cesarem magnā ptātem. Cuius ↄstructiōis crebra apud priscos et disertissimos viros obseruatio est.

Recordor.

Ego recordor hanc rem. potius q̃3 huius rei dicit. At idem dr. Huius rei subit me recordatio. Hec res mihi in mentem venit. Et. mihi occurrit magis proprie dicitur. vł mihi succurrit. qđ postremū minus vsitate dicitur.

Presto Antecello.

Presto et antecello que venuste personant verba alias accusatiuo pulcerrime iungūtur cu3 accessione ablatiuorū

eius rei cuius est pstātia. vt ego psto ingenij acumine. iohā
nes precellit petrum acumine ingenij. equus prestat asino
velocitate cursus.

¶ De verbis frequentatiuis.

Sepenumero frequentatiua verba que appellātur prio
mitiuoꝝ verboꝝ a quibus originē traxerūt significationē
retinent. psertim si prima illa asperiora fuerint vt coniecto
p coniicio. Inanisco p inanio. mansito p maneo. imperito
p imperio. amplexor pro amplector. Et alia itez pene innu
merabilia. Si quando verbi asperitas vlla contingat. qđ
eruditoꝝ iudicio relinquemus.

¶ De verbis cōpositis cū ppositionibus.

De vbis adiecta ppositio psepe cōtrariā mutat significa
tōem. vt precor depcor. hortor dehortor cōtraria sꝫ. quāq̄
in eisdē vbis nonnūq̄ auget perpotius q̄ vim mutet. Dis.
quoq̄ nōnunq̄ idem efficit. vt suadeo dissuadeo.

¶ Ex. et. De.

Ex et de cōposite vehemēter amplificāt. vt exoro quod
ab ex et oro deductū significat impetro. Tereñ. in An. Gna
tam vt det oro vixq̄ exoro. Sicq̄ suadeo significat orato
ris officiū quod est benedico. Atq̄ persuadeo benedixisse

significat. qui ē oratoris finis. Idem impetro atq; obtineo vnde et crebro vnum pro alio ponitur. non solum suadeo sed et facio, persuadeo et perficio explorata sunt.

¶ Cōiunctio aduersatiua.

Plurimum etiam sermonē ac orationē exornat aduersatiua cōiunctio si modo quāq; aduersatiua cōiunctio indicatiuo coniungatur. Qđ vbiq; M. L. seruauit. alijq; doctissimi. Sz huius exemplū sit. Quāq; te antebac diligebam nunc tñ ob singularem virtutē obseruo ac vehementer admiror. ¶ Nam tria sunt que quodam sibi inuicem ordine iunguntur. Quoꝝ primum et leuius est diligo. postremū admiror qđ vehemens ac precipuum est. Et coꝝ medium obseruo qđ est veneror et colo. ex quo obseruantia reuerentiam signat. Sed iterum aliud exemplum. Quanq; mihi sint omnium amicoꝝ iocunde littere. tue tamen iocundissime fuere. ¶ Sed antebac aduerbium. post. q̄uis. collocamus raro. vt quamq; mihi ante hac carus eras sed et nūc profecto carissimus es,

¶ Non solum. Sed etiam.

At illa duo orationē venustam reddunt sibi inuicem correspondentia quoꝝ alterū est, non solū siue non modo

seu non tantū. alterū est sed etiam vel verū etiam. vel loco etiam posito quoq3 aliquibus interiectis quorū omniū exempla subnectā. Hec etenī res non solū mihi grata est sed etiā iocunda. M. An. non mō erat Ci. inimicus verū etiā hostis patrie. M. Ca. non tm̄ ingenio valuit sed virtute quoq3 florebat plurimū. Alexander non solum reliquū orbem subegit verū etiā ipm quoq3 romanū imperiū cogitabat attingere. Et sic tam 7 q̄3 sibi rn̄dent. vt tam cara mihi patria est q̄3 tibi iocūda vita. s3 facile tu hoc p te intelliges.

De sillabicis adiectionibus.

Pro eo aūt q̄ ceteri exprimere consueuerūt pronominibus addentes vel te vel met sillabicas adiectōes. Ci. pocius idez efficit hoc pnoīe ipse. a. um q̄ illarū fere adiectionū locū obtinet. vt egoipse magis q̄3 egomet. Tuipse. Illeipse Nosipsi. Vosipsi. Illiipsi. Et nunq̄3 secus dicendum sit.

Orationes iterum perpulcre.

Tu mihi familiaris es. Ego te vtor familiariter. tu mihi amic9 es. ego te amico vtor. tū mihi mgr̄ es. ornati9 dr̄. ego te mgr̄o vtor. ego tecū freqn̄ter ꝟsor. freques mihi tecū est ꝯsuetudo. q̄ sepe ꝯuersationē ꝑcat. Hēo tecū magnā amicitiam. magna tecū mihi est amicitia. Et item alia ꝑmulta. vt

sunt mihi cū omnibus malis viris inimicitie. Nā rectius dixerimus. inimicitie plurali numero q̄ singulari.

¶ Vox neutra.

Sed neutra vox ac potissimū in cōpatiuis nominibus tā femininū tā masculinum reddit. vt nihil ē hoc homine melius. fere ē idem. nullus homo est hoc hoīe melior. nihil est hac virgine formosius. id est nulla virgo est hac virgine formosior. Et in ceteris aliquando fac similiter.

¶ Munus pro officio.

Mun⁹ p officio ornatississime dr. vt hoc ē amici munus id est amici officium. fungor boni viri munere. id est facio officium boni viri. Sed et partes plurali numero consimilem habent significationem. vt mee partes sunt vel officium meum est vel pertinet ad me.

¶ Caueo.

Caueo verbum est. et sepe significat prouideo. vt cautū est lege. prouisum significat potnate cum accusatiuo quoq̧ iunctum pro vito ac fugio vsurpant eloquentes viri. vt turpes viri ingenium cauent mores.

¶ Memini cū accusatiuo rectius.

Atq̧ et memini rectius atq̧ vsitatius accō iungitur q̄

genitiuo. vt memini platonis sentẽtiam. et Virgi. in bucco
licis. Et numeros memini si verba tenerem. Nec mirũ ꝙ
in his que sunt solute oratõnis Virgilij Maronis attuli
testimoniũ. quem nõ solum poetaꝫ egregie eruditũ sed etiã
rhetorice artis vbiqꝫ obseruantissimũ fuisse constat.

¶ Penitet me.

Penitet me quid significet notissimũ est. Sed pro pa-
rũ videtur vsurpãt oratores et prestantes doctrina viri.

¶ Vaco huic rei.

Sed id vaco persepe verbũ varijs ↄstructionibus po-
situm haud eandẽ retinet significatõis vim. vt Vaco huic
rei. i. intendo huic rei. Vaco hac re. i. hac re sum vacuus. et
id quidem ornatissimũ est. vt Boni viri dant operam vt ꝑ-
turbationibus vacent. i. liberi et vacui sint.

¶ Animaduerto.

Animaduerto id est scio video ⁊ quodãmodo intelligo
et animaduerto cũ accusatiuo constructũ in preposita ideꝫ
sibi vult ꝙ punio. vt Speũsipus animaduertit in seruum
platonis. id est punit seruũ platonis. ex quo animaduersio
punitionẽ quandam nonnunqꝫ significat. ¶ Atqꝫ idẽ. Re-
fero tibi hãc rem. est. narro tibi hanc rem. Sed refero ad

senatū. refero ad populum hanc rem. est. pono hanc rem in consultatione vel populi vel senatus. huius autem vsus verbi apud historiarum scriptores frequentissimus est.

¶ De varietate casus.

Quid varij quoq; casus eidē verbo iuncti nōne magnā ac longe diuersam vim habent: quale hoc. Do bibaculo ad cesarē lr̄as. Nam dantur bibaculo deferenti vt cesari reddat ad quem mittūtur littere. Eas igitur legat cesar. bibaculus velut tabellarius quidam defert. Nam qui fert litteras consueuit tabellarius appellari. Uerum ne quid huius nunc ignoretur,

¶ Litteras vnas.

Pridie aūt calendas. Pridie nonas. Pridie ydus dici tur. et significat (vt vetustissimi dicebāt) die pristini. pro ad uerbio heri. quod significat die pristino. sicut & peruenusto more. die crastini. die quarti. die qnti. Silr pro aduerbio verū nos priscam nimis et horridiorē vetustatem vbiq fu gere debemus atq vitare. Ac bene et preclare cesar preci pere solebat tanq scopulum sic fugiendū esse inauditū atq insolens verbum.

¶ De Genitiuis mensium.

Pro genitiuis aũt mensiũ rectius possessiua noĩa finxe rimus. itaq₃ pro kalendas marcij venusti⁹ dixerimus klas martias. et ita apriles. maias. iunias. iulias at₃ q̃ntiles. au gustas seu sextiles. februarias. ianuarias. septẽbresq₃. Sed qđ in calendis. nonis. ydibus. ablt̃iõ casu iungimus. idem possumus in actm̃ transferre. et ad preponere. Sed id si g gnificat tp̃s diuturnius. vt quarto klas februarias dedi sti ad me lr̃as. ego vero ad octauum ydus ianuarias ad te scripseram. Habet em̃ vim tp̃is vehemẽter hoc posterius.

ℭ Conclusio Opusculi.

Non igit̃ plura scribam. hec mihi in p̃sentiarũ sese obtu lerunt. q̃ annotatu digniora visa st̃. queq₃ tibi multo plus fortasse conducent q̃₃ eorũ preceptiones qui easdem et epi stolis et oratõibus tribuunt p̃tes. quorum penitus eripien dus est error. atq₃ ita sentiendũ est vt in litteris ipsis apte cõcinne. dilucideq₃ ↄscribamus. et nr̃am sententiã at₃ men tem q̃₃ cõmodissime aperiamus. Unde si hec diligẽter tenu eris ex infinito pene barũ rerũ numero alia quedam non minus fortasse vtilia. sed multo grauiora subnectã. Quam ob rem vt facis cupidissime studia litteraru₃ cõplectere. et que indies assequeris exercitationi accõmoda.

p Ro maiori autez exer

citatione nanciscenda preceptorũ summulã vna cũ Orandi modo lectitare nõ pigeat. Summe igitur preceptorũ et ad eam ptem compositõis superioris pertinentium que ad ordinem et collationem spectant.

¶ Prima Regula.

Sepe sese augeat oratio ꝙ et abundantia fiet terminorum. vt Egregius. magnificus. et illustris. crudelis. immanis. fur atq; sacrilegus.

¶ Secunda regula.

Rerum dignitas attendat᷑ vt que eadem genere dignitate natura p̄stant minus dignis anteponan᷑. vt vir & femia dies ac noctes. secunde res atq; aduerse. virtus et vitia.

¶ Tertia regula.

Verba non sunt superuacua aut nihil augentia. qđ vitium qui vitare velit semper genus sue spetiei anteponat. vt fratres gemini. animal leo.

¶ Quarta regula.

Oratio sepe in nomen. verbum vel aduerbiuz. vehemẽs atq; egregium suum dirigat exitum. sit quoq; nomen vniuersale aut illustre id quoq; in alijs. vt his clarebit exẽplis Sola virtus hominem beatum facit. Que mihi mãdasti feci omnia libenter ac diligenter. Fecisti omnia que a te volui accumulatissime. Quem magis diligo habeo neminem Que vir bonus facit laudant omẽs. Pompeius vir in omnibus subtiliter considerãtibus fuit prudentissimus.

¶ Quinta regula.

Oratio frequenter obliqua sit a posterioribus quoq; recta in constructione incipiat. siue id quod supponit verbuz ipsum antecedat siue postponatur. Exemplum primi. Neminem posse ad eloquentiam accedere Cassius orator magnus inquit nisi qui multarum rerum prius sciẽtia instructus est. Exemplum secundi. Hanc esse vnam ad bene legittimeq; viuendum compendiosam viam arbitror vt tales sumus quales ab alijs iudicari volumus.

¶ Sexta regula.

Qui. Que. Quod relatiua suis cū antecedētibus aliquo interiecto cōstruanť. Js quoq̃ Ea Jd relatiua immediate post antecedens collocenť. primi id sit exemplum. Platonē omnes in primis laudant qui rerū diuinarum cognitione ante alios aperuit. Scdi exemplum. Publius africanus Js qui carthaginem leges romanas coegit accipere omnes bellorꝫ summos duces laude gloriaq̃ antecessit Patet quoq̃ id apud Ciceronē de officijs. Publium Apionem siue Scipionem eū qui primus appellatus est africanus.

¶. Septima regula.

Inter adiectiuū et substantiuū aliquid ponať dūmodo illud proximū sit ne oratio reddatur ex eo obscura. vt magnum a te mihi beneficium esse impensum profiteor.

¶ Octaua regula.

Interdum a relatiuo oratio incipiat nullo antecedente expresso. vt que tua molestia est ferenda equo animo hanc contumeliā indicabis. Nec solū in casu recto sed etiaꝫ in obliquo hac ratione dicendi viri eloquentissimi vsi sunt. vt qua animi prudentia semꝑ extitisti nunq̃ dubitem omnia te prudenter consulteq̃ facturum.

¶ Nona regula.

Non creber sit cōcursus vocaliū in pronūciando eisdeꝫ quoq̃ littere crebra vitetur repetitio. primi exemplū est id. Omia amenissime etati illustriori. nemo eim̄ sine notabili aurium offensione poterit huiusmodi orationē audire. exemplū vero secundi est illud Celij poete. O tute tuta tāta tibi te troya tulisti.

¶ Decima regula.

Dictio sequens nō incipiat ab eadem sillaba in qua ꝑcedens iniciū ceperat. vt ille ait dum amor immortalis in te integer est. Et iterum dictio aut verbum sequens non incipiat eadem sillaba in quā terminatur precedens quod vicium magis euidens est. cum verbum sequēs duas primas sillabas easdē in quas verbū precedēs finiť. retinet. qđ Ci. obiectū est. O fortuna natam me consule romam.

¶ Undecima regula.

Crebra vnius eiusdēq̃ terminationis vitetu r repetitio

vt fortunatorum optimorumq; rectorum virtus magis q̄
fortuna laudatur.

¶ Duodecima regula.

Magni effectus causa exprimendi duplicet hoc aduerbiū etiam et consilia. vt etiā atq; etiā. iterū atq; iterū rogo Interdū quoq; eadē fere de causa suplatiua in fine locent orōnis. vt recepi a te munus suauissimū. Lr̄e tue quas nuper a te recepi fuere mihi suauissime. Rogo instantissime.

¶ Tredecima regula.

Non vtamur figura que dicit Themasis in dictōibus simplicibus neq; cōpositis. nisi poetarū aut oratorū vsus approbauerit. In simplicibus a Ci. reprehendit Meuius cuz inquit. Has ad te scriptas luci misimus elle pro lucille emisimus. Qui vero dixerit post vero q̄ pro postq̄. inq; vicem pro inuicem. septemq; triones p septentriones. Satis boni viri arbitrio fecit p satisfecit. Et que ad hunc modum diuiduntur non sunt a nobis reprehendenda. quoniā a summis poetis et oratoribus sunt approbata.

¶ Modus Orandi. Et primū de genere petitionis.

¶ Petitionis loci st̄ quatuor. Primus q̄dem ex honestate constat que in petitiōe deducitur. Nam et dupliciter honestas considerat. aut em̄ pro amicis aut pro inimicis. In amicis quidē satis patet. In inimicis exemplū Junonis facile suadebit. vt apud Virgiliū in primo libro qui petit. ab Eolo vt naues Enee perdat atq; disijtiat. quē sibi cuz reliquis tirannis inimicū appellat. Ibi gens inimica mihi ¶ Secundus locus facilitatē muneris aut rei continet. ¶ Tertius aūt locus sumitur ex eo q̄ nos cōsequimur ex munere quod petimus. ¶ Quartus locus versatur que ille a quo petimus a nobis recipiet. si quod petimus consequimur. ¶ Quintū locū addere possumus. scz si sine arrogantia cōmemorabimus bn̄ficia. que aliq̄n in illum a quo petimus cōtulerimus. hic tn̄ locus non semp applicari potest.

¶ Thema predictorum.

Venit ad me vesperi familiarissimus mihi Johannes qui cum mihi non modo familiaritas antique necessitudi

nis. verum etiam affinitas intercedit rogauitqꝫ vt ne omni studio. cura. diligētiaqꝫ curarem. ne prefecturam mutinensem amitteret. quam prope modum consecutus esset. Ego vero cū te apud senatum autoritate plurimū valere meminissem. nullumqꝫ plus posse certo scirem. statui abs te petere vt si quid vnqꝫ gratum mihi te facturum existimes. hoc illud arbitreris. Rogo enim vt Joannem ab emulis suis obtrectatoribusqꝫ defendas. que prefecturam mutinensem arripere tentant. hoc mihi in maximorū benefitiorum cumulo collocabo. Erit em̄ mihi maximo honori. familiarem meum opera mea hunc magistratum obtinuisse. Etenim raro magistratū expertus est. profiteorqꝫ me tibi perpetuo obnoxium immortali benefitio fore. Sed si quid etiam in me meritorum interdum contulisti. studui ea quidem tibi summo studio pro viribus cumulate restituere. Uale.

¶ Aliud thema de locis petitionis

Non potui dulcissime Mathia efficere vt nūc ad te nō perscriberem. quāto feruore. quāto studio. quāta deniqꝫ iucunditate filius tuus sacris legibus operā hactenus dederit. ꝙ si in ea facultate vti ꝑpulcre inceperat. pergeret. paucis post diebus summū legum apicem pertingeret. qꝛ vero hesterno vesperi quemadmodū pecunijs deficere incepisset mihi retulit admodū vereor ne studiuꝫ suum deserere postponereqꝫ cogatur. Quod quidem impedies si ex redditib⁹ tuis quos hoc anno vberrimos suscepisti. sibi sueqꝫ egestati subuenies. fortassis frater tuus qui vt audio qꝫ primū ex Asia ad te venit. Nam negotiationi fortuna plurimū arrisit. lucri sui quod inestimabile est consecutus te fatiet potissimū participem. si nepotis sui virtutes qꝫ plures ab omnibus ꝑdicari. teqꝫ inopie sue velle occurrere ꝑsenserit. Quid inquam amabilius. quid melius aut q̄d optatius tibi posset accidere. qꝫ filiū litteraꝝ peritissimū. moribus. eloquētia ac prudētia magnope preditū habere. qui domui tue nobisqꝫ familiaritatis et affinitatis tibi vinculo cōiunctus auxilio. cōsilio. honori et glorie esse poterit. Jtaqꝫ hec oīa tecū mente reuoluas. pecuniasqꝫ qꝫ primū ad eum transmittas. Hoc enim te scire velim. nisi cum tanta egestate laborare

vidissem atq; eas impensas quas facies tam necessarias ꝛ frugi futuras nihil hoc tpe ad te scripsissem. Quotiēscūq; eñ aliquid percepi qđ honori ac fortunis tuis potuit conducere ac detrahere nō potui quin redderem te certiorem.

¶ Aliud genus.

Que dicta sunt de genere petitionis ad terciam tantū ꝑsonam spectāt. Aliud igitur est genus petitionis qđ simplex appellare possums. cum pro nobisipsis tantummō petimus. Et istud certe ab eisdem omnibus modis formare licebit qui in priori genere traditi st; preter vnū scilicz cōmēdationem amici vel inimici que honestate rei induci debet Nam cum hic tertia ꝑsona nō intercedat frustra eius commendatio fieret ꝑ honestatē tū in hoc genere nō pretermittemus. nam rē quā petemus ꝓ nobis honestam esse demōstrabimus. Hoc vero scđm genus nullo indiget exemplo qđ ex primo genere vt predictū est totū pendeat. Sed est tertium genus vbi nec pro nobis nec pro tertia persona petimus. sed pro eo dūtaxat ad quem scribimus. et quicqđ petimus eius causa petimus. sed pro eo duntaxat scribim⁹ Appellatur aūt hoc genus adhortatio. qđ sic poterimus exercere. Primo eñ ostendimus nos fiducia beniuolētiaq; que nobis cū illo sit ad quem scribimus motos adhortationem vel dehortationē eius rei de qua scribimus. Dein de incōmoda proferemus. vel si nō fecerit rem ad quā hortamur. vel si fecerit rem a qua dehortamur. Postea cōmoda adducimus que sequunꝫ vel ex re gerenda quam hortamur. vel ex non gerenda quā dehortamur. Postremo conclusionem subitiemus que breuiter rogabimus vt qđ hortamur si non cōmodū suum attendere nostre saltem beniuolentie causa id facere velit.

¶ Exemplum tercij generis.

Memini me et patrem tuū mirum in modū coluisse et clarissimo viro summa amoris necessitudine cōiunctum fuisse. q̄ vir tum ingenio clarus. tum vero animi magnitudine ꝑstantissimus esset. Preterea memini me abs te obseruantia quadam singulari complexū. vt nihil sit qđ ego abs te petere dubitem. ꝑsertim cū quicquid pecierim. id omne

ad te vnū pertineat. Ex quorūdam eñi cōmuniū amicorū sermonibus intellexi te disciplinam rei militaris quā meo potissimū persuasu sequi ceperas dereliquisse. Hec persua dere non quidem satis mihi poteram nisi tue ad me qñqꝫ accessissent littere. Que sermones quos acceperam plene confirmarūt: ex quo non mediocrem molestiam suscepi. Te eñi sperabam virum rei militaris prestantissimū fore quem cum imperatorē exercitus vel legionis prefectū conspicerē ego mirifice gloriarer qui tibi huiusmodi capiendoꝝ stu dioꝝ causa fuissem. Sperabam te et amicis cōmodissimū et patrie gloriosum et tibi vtilissimū fore atqꝫ profecto fuis ses. Subeunt eñi studiorum militarium periti viri et ciui tatum et principū potissimoꝝ familiaritates a quibus se pius opida et castella munitissima merenꝫ stipendijsqꝫ vber rimis ab illis cōducuntur. Et qđ maximū est immortalita tem glorie cōsequūtur. et perpetua apud posteros nominis sui monimenta relinquūt. Si igiꝫ cepta hec studia deserue ris nudū te omnium ꝓbatissimarū artiū inuenies neqꝫ eñi mercature actibus studuisti. neqꝫ litteris operā dedisti. sed militari tantū discipline primas etatis tue partes deuoui sti. Rursusqꝫ sequētes annos ꝙꝫ plures in ipsa cōsumpsisti. Quare totum hoc omne tps amissum inuenies et difficilio res iam erunt anni quos facile bonis aliquibus cōmittas Secordie aūt atqꝫ ignauie conciues tui ōmēs te damna bunt. qui exercitationem armorū abs te iam diu susceptā nunc timere neglexeris. Itaqꝫ si quid apud me amicitie pa terne. si quid necessitudinis fratris tui relinquiꝫ. te rogo at qꝫ obsecro ne me vanū tibi persuasorem fuisse patiaris. sed vel tui vel mei causa dimissa nūc aliquamdiu militaria stu dia magnanimo recipias.

¶ Aliud exemplum.

Cum nuper hierosolimas vna ꝓficisceremur ea famili aritas ac necessitudo que inter parentes nostros semꝑ fue rat. et tandem nobis hereditario quodam iure relicta est. roborata ac stabilita est adeo vt nos inuicē ad bona queli bet inuitare. et a malis retrahere quantū possibile sit debe amus. Sꝫ quia nudiustertius ad aures meas peruenit ꝙ

litterarũ studijs post habitis honore ꝓprio neglecto luxu-
rie surdibus lasciuieq͵ animũ applicuisti. Qđ mihi profecto
molestissimũ est ac mentez meam summe exagitat plane nisi
huic sentẽtie cesseris. ꝛ ab hmõi vicijs te retraxeris priscam
de te opinionem existimationẽq͵ labefactã quã primũ sen
ties familie ac patrie dedecori eris et tandẽ fortunis ꝓdiga-
liter expolitis inops omniũ amicorũ expers ꝑsidio miserri
mus hominũ euades. Solẽt nanq͵ meretricule amatores
postq͵ ipsis bona blãdicijs et dolo abstulerint ad inopiaz
vergẽtes plus ceteris ludibrio habere. Et qđ peius estimo
eorundem egestatẽ atq͵ insaniam per vicos et totam vrbẽ
dilatare. ꝙ si hanc vitam turpissimã quã instituisti aspernã-
dam animuz induxeris et litterarum studijs et virtutibus
operam dederis hoc tibi polliceri audeo ꝙ paucis annis
elapsis summos honores amplissimas laudes et ĩgẽtes
diuitias cõsequeris. Scio nanq͵ te ingenio et eloquentia
ꝓpe preditũ singulari ꝙ quidem ingeniũ si scientijs virtuti-
bus quoq͵ accomodaueris omnes coetaneos tuos ante-
cellere videare. Rogo igitur maiorem in modũ si vnq͵ tibi
rem gratã facere studui aut efficere aliquid qđ tibi gratissi-
mũ sit potero vt tũ mei gratia ab hac vita turpissima ad ho-
nestatem te familiaq͵ tua dignum reducas.

¶ Aliud exemplum.

Preceptis quidem meis adhuc optime paruisti ꝙ stu-
deres nihil a voluntate mea alienũ cõmittere. adeoq͵ et a
primis annis te mihi studiosissimum iudicaui. Ut quecũq͵
mihi videntur honori tuo glorieq͵ conducere nihilominus
nunc quoq͵ te studiosum esse quo mea in te beniuolentia
tuaq͵ in me caritas indies vehementior facta videat. Qua
ꝓpter quas nuper inimicitias cum principe suscepisti scis
aduersus voluntatẽ meam maxime suscepisse. Nam et te a
dignitate quã agrigentino geris facile repellet et sedicionis
tu sibi emulorum obtrectatione suspectus et familiaribus
pene tuis infestissimus eris. te igitur ab huiusmodi inimi-
cicijs abstinere iubeo et ab ipso veniam sapientissime petere
Id eñ si feceris persuadet is sibi indignationem tuã illam
non quidem de industria factam, sed in cõsulto potius quo

dam animi calore tecum non solum pristino amori restituet. verum etiam nouas indies dignitates tibi demandabit. et sic fere quodam pietatis presidio ab obtrectoribus te distinguet. Que cum ita sint cures diligenter velim. vt principi supplices si quid stomachatus de te sit. dignetur tibi remittere ne quid etiam mihi et reliquis familiaribus tuis detrimenti hee tue inimicicie afferat.

¶ Aliud exemplum.

Quibuscunque in rebus et auxilio et consilio tuo opus erat adeo facilem ac beniuolum te prebuisti vt quidem nō modo mihi consuleres meque adiuuares. verum ne aliquid quidem attemptare decreuisti quin prius opinionem meā de ea re percepisses. Ex qua quidem tua in me beniuolentia ac familiaritate tantum animi affectum fidutiamque nactus sum. vt nihil mihi abs te impetrandū difficile videatur quare nec hoc quidem tempore acquiescere potero quin ea que honori ac vtilitati tue. coniunctorumque tuorum plurimū conducere possunt ad te perscribam. Nosti quam nobilissima tua familia que per lōgissima tempora a maioribus tuis descendit nunc scilicet in te vno conseruatur. Igitur ad eam conseruandam vt legittimo matrimonio te copules oportet. ex qua quidem copula et soboles tua propagatur familia conseruatur. et maiorū tuorum laus honorque immortalis redditur. Sin vero alio sis animo maiorū tuorum gesta magnifica. virtutesque quas maiores tui magnopere colebant. paulo post delebit obliuio fortune ac diuitie multis sudoribus ac vigilijs acquisite ad exteros deuenient et ciuitas tua hoc preclaro genere quod eam vsque adeo mirum in modum decorauit. priuabitur. Que nanque familia tot preclaros exercitus. imperatores. tot iuriscōsultos. tot legisperitos. tot omni genere virtutis viros preditos. rei publice producit. Itaque vt cuidam te virgini pulcerrime. legittimo matrimonio cura coniungas. ex qua liberos procreare possis. qui vt ipsorum parētes ciuitati nostre. et nobis presertim familieque tue coniunctis. moribusque nostris consulere valeant. ab emulisque nostris et aduersarijs possint tueri.

¶ Aliud exemplum.

Accepi superioribus his diebus ex litteris Jo. ꝙ laudū mearū amplificatorem. simulq̄ bonorū meorum defensorem. emulis etiam meis te aduersariū prebuisti. preterea in rebus meis familiaribus gerendis te adeo familiarem ac facilem prebuisti. ac res tua propria agere⁊. Ex qua quidē re ea mihi oblata est fiducia. vt nihil abs te impetrandum mihi difficile videatur. presertim cū ea abs te rogo que vtilitati tue conferre aliquid possunt. Credo equidem te non fugere quanto tempore ciuitas nostra obsidione tenetur. ⁊ quemadmodū milites predia nostra deuastarūt. agri desolati relinquātur. et pene oīa ad nihilum redacta sit;. Quā ob rem frumento incipimus deficere. qđ profecto tanti existimatur. vt existimatio vix valeat pecunie coequari. S; quia frumento admodū te abundare gaudenter percepi tibi persuasum esse. velim ne illud aliquo pacto hoc tempore distrahas. sed magis aliud compares. ac frumēto tuo adicias. q̄primū enim ab ista obsidione liberabimur (qđ paulo post futurū spero) frumentū tuum ipsum huc adduci facias. et eo pretio quo libet vendetur. Quod vt facilius fieri possit me scito omni studio et diligentia pro virili mea operaturū. ꝙ si frumentū tuum nunc venundare. vt ex eisdē litteris didici statuisses non poteris id percipere pretium ꝙ decuplū decursis tribus mensibus perciperes nec adeo runt hij mercatores qui hactenus frumentū a te emere tibiq̄ pecunia numerata satisfacere soliti sunt ꝑ potius rusticis et vicinis credendū tuis et hoc creditum ab eis exigere difficilimum erit. Si igitur preces atq̄ exhortatōnes mee quid apud te valeant frumentum hoc tempore apud te venundare nō festina. sed potius te para vt q̄ primū hostes decesserint nulla mora p̄cedente huc aduehi possit vt tu pecuniā in magna q̄titate ꝑcipias ⁊ nos tibi familiaritate cōiūcti q̄ fame pene destituti sum⁹ ꝯsolari ⁊ refici possimus.

¶ De consolatione.

Quadrupliciter possumus cōsolari. hoc est quatuor ex locis cōsolatio cōstat. Primo namq̄ ostendimus nos eius ad quem scribimus casum dolore vel nostra vel ipsius vel

vtriusq̄ certa causa. Secundo vt meminerimus nos ea lege esse natos. vt omnibus fortune telis ꝓposita sit vita nostra. nec recusandi ea lege qua nati sumus cōditione mori. Tertio ne grauiter feramus casus quos nullo consilio vitare licebit. Quarto vt aliorū viuētibus memoria repetendis nihil accidisse nobis putemus. Exempla quoq̄ gentilium si videbitur breuiter permiscere licebit vt ex ea gentilitate quoddam prodeat argumentum.

¶ Exemplum.

Casum quidem sapientissimi patris tui peracerbe tuli. qui calendas Junij mihi renūtiatus est. neq̄ eīm poteram non cōmoueri qui non minorem persuaderem ex eius mihi morte iacturam factam esse q̄ tibi. Erat eīm is mihi antiqua familiaritate coniunctus. ⁊ rerum mearum diligens administrator. Nescio autem mei potius q̄ tui causa molestia hec mihi illata sit. Te enim vt fratrem colo. et nō minus pene tibi q̄ mihi amoris tribuo. verius tamen dica3 vtriusq̄ me vicem dolere. Atq̄ ita dolere vt summis lacrimis conficerer. nisi me consuetudo. vel potius lex nature prohiberet. que docet neminem vitam suscipere posse nisi moriendum sibi proponat. et paratus sit quecunq̄ obtulerit fortuna pericula equo animo ferre. Sapiētissimū quoq̄ eum semꝑ existimaui qui quotiens casus euentū viderit nulla posse ratōe depelli. nihil oīno de meror3 inducat. morti eīm resistere temerariū est. ea nāq̄ talis est vt differri quidem possit. euitari aūt minime. Varia aūt sunt genera mortis. Nanq̄ hij incendio. illi aquarū suffocatōne. hij cordis calamitate. illi miserando ferarū impetu moriuntur. Itaq̄ patris tui obitum eo equiori animo feres quo magis nature proxima mortis spem eius interitus accidit. Nam et domi mortuus est grandus etati interijt vt concessisse illū nature putemus. Nullum deniq̄ aptius tibi solatium inuenies q̄ gentiliū sapientiam simul atq̄ animi magnitudinē ex quibus Catho pro defuncto filio viro clarissimo laudationē habuit. in qua reliq̄s qui ad funus cōuenerāt cōsolationis attulit cōsilia. Quo nam aio. Q. Fabius ꝯsularis viri filij sui obitum tulerit omēs intelligūt. atq̄ hij gentiles

nihil omnino de veritatibus sacrosancte fidei hic attingebāt
que sola nos pene cogit ad nostrorū casus fortiter ferēdos
et quicq̄d deo placuit magnanimo recipiendū. Que cū ita
sint pectoris amaritudines quātopere ꝯmotas q̄ facile de
ponas et cōmori quidē ꝓpriū homini esse cogitabis. Sa
piētis aūt ⁊ humana natura afferat sapiētissime moderari.

¶ Aliud exemplum.

Postea q̄ mihi de obitu filie tue renuntiatuȝ est valde
indolui. Nescio tū an magis tui causa an mei. quinymo
magis vtriusq; nostrū. Poteras nanq; eam nobilioribus
huius vrbis filijs matrimonio copulare. at cum antiquis
familijs ꝯstituere affinitatem que domui tue et familie no
stre summū honorē gloriamq; erat allatura. Preterea quo
tienscunq; aut in iuditio. aut in senatu iuris nostri prose-
quendi. vel beneficij impetrandi gratia cōparendū fuerat.
qui nobis auxilio et consilio esse potuissent nusq̄ profectō
defuissent. Quis nanq; est ex senatoribus cui nūc causam
meā tute cōmittere possim. Enimuero etiā ea que iaȝ diu
mihi tecū erat familiaritas affectioq; indies augeī tibi cau
sa maiori merori ꝯfiteor. Erat nanq; filia ipsa laborū tuo
rū subleuatrix. ac in aduersitatibus tuis solatiū singulare.
Sed quia te ea destitutū animaduerto meipm omni solatio
destitutū esse arbitror. Nec em̄ minoris molestie aduersita
tes tue q̄ mihi fuere. Consolari tū tuū merorem p̄t. q̄ iste
casus nō tibi vni accidit in filia tua. Quis em̄ natus hacte
nus est qui nō post aliquot dies vita defunctus erit. mor-
talitatem etem̄ dij immortales et natura hominibꝰ immo
cūctis animātibus tribuerūt. quorū volūtati nemo est qui
possit resistere. quaꝓpter ea que neq; culpa nostra neq; ne
gligētia p̄cedente. et illa que accidūt neq; humana pruden
tia valent p̄caueri. equo animo ferri semꝑ sapientis habitū
est. Nunq̄d filiꝰ Regis Hispanie decessit qui totius regni
spes vnica fuit. Decessit iteruȝ p̄toris nostri filius vnicus.
cui neq; fratres. neq; nepotes. neq; cognati supsunt. in qui
bus familie nomen valeat conseruari. Neq; em̄ vicino tuo
cuncte diuitie sue opitulari poterant. vt filij sibi superstites
relinquerent. qui diuitijs suis fungerentur. quas nunc ad

extraneos peruenire videbit. Sed quia nepotũ tuorũ ca-
therua multiplicata est. multiplicaturq; indies. in quibus &
familie tue nomen. et maiorũ tuorũ imagines cõseruabunt
qui et p̃sidio tuo egent. et ideo nõ habes eam contristandi
rationem quã illi habuerũt. Repelle igit obsecro has ani-
mi passioẽs. atq; filie tue obitum obliuioni tradas. Exem
pla quoq; gentilium imitare studeas. e quibus Socrates
cum filiũ suũ extinctũ pcepisset nõ modo equo tũc animo
verũ etiam nuntio ait. Nil noui affers. Q̃d si gentiles hoc
fecere in quibus nec aliquid fidei lumen erat. quãto magis
nos cristiani ea que diuina ex voluntate prouenire in me
liorem nobis accidisse persuadeamus oportet.

¶ Exemplũ consolationis de rebus amissis.

Doleo quidem vehemẽtissime q̃ edes tue incendio per
ierunt. et eo magis doleo quo magis animaduerto. quibus
delitijs. qua iucunditate. quibus deniq; oblectatiõibus in
eis sim sepe delectatus. Jactura aũt quam tu ex eo incẽdio
consequeris. non minus mihi dolores attulit. Scio enim
quas impensas & quot labores ipsis edibus construendis
sustulisti. Et quia ea inter nos cõtracta est familiaritas fra
ternitasq; vt omnia nostra bona corpalia fortune viribus
subitiunt. que arbitrio suo ea administrat. illi bona ampli
ficat. illi vero diminuit. Non potui mihi persuadere opere
pretiũ esse si qua preter equitatem et fata acciderũt vt tãto
merore conficerer. Fatuũ etiam semp existimaui ea deflere
que neq; humane subiecta sit potentie. neq; aliqua pruden
tia quin eueniant possunt pcaueri hãc meam existimatiõe;
tibi subicere. memento obsecro tam innumerabilia regna.
tam p̃ciosissima edifitia. vrbes et castella. incẽdio aut ruina
esse deuastata. Recordare troyam que potẽtia sua ceteris
regionibus dominabitur. edibus pulcerrimis atq; edifi-
tijs alias vrbes superasse. nunc vero desolata. deuastata et
inhabitabilis relicta est. que si te non possunt consolari ac
dolorem tuum minuere. saltem hoc te consoletur q̃ paulo
ante domus istius viri ignis vi consumpta est. simulq; pe
ne omnia sua bona. Neq; tot sibi supersunt facultates vt
eam valeat reficere. Tibi vero tot relicte sunt diuitie vt do

mū tuam non modo reficere. verum preclariorem ꝯstruere potes. q̄ si nec illud dolorem tuum leniat. propone añ oculos gentiliū sapientiam qui luminis fidei expertes fuere. nihilominus quecunqꝫ ipsis aduersa acciderant equo animo ferre studuerunt. quantomagis tu qui cristianus religiosissimus es. ac sacre scripture scientijs magnopere preditus. debes ea que deum immortalem nobiscuꝫ et bonis nostris disponere velle senseris. nedum laudare sed etiam animo gratissimo acceptare. itaqꝫ si omīa ista tecum reuolueris istum qui nuper accidit tibi casum non tam molesto atqꝫ iniquo animo feres.

¶ Exemplū consolationis de afflictione corporis.

Accepi equidem superioribus diebus quēadmodū ab hostib⁹ nostris letaliter telo ꝑcussus reuersus sis. Ex qua quidem re quantū dolorem acceperim facile existimare potes. Nanqꝫ reipublice ac familie tue inestimabilē iacturam est allaturū. presertim cum nullus in hac vrbe nostra reperiatur cuius sapiētie tanti exercitus imperiū tute possit cōmendari. qui eum tāta prudētia. tāta strennuitate. tanta deniqꝫ animi magnitudine. valeat gubernare. Et q̄ omnib⁹ meis in negotijs in quibus presidiū. consiliūqꝫ tuuꝫ implorandū erat. adeo te benignū ac humanū prebuisti. vt mihi prudentie tue vsus nō minor ac tuis filijs cōcederetur. me tibi ita deuinxisti vt et p̄sens dolor quo nunc afficeris. et quecunqꝫ tibi aduersa acciderēt. non minorem mihi allatura essent molestiam. afferuntqꝫ hoc tempore. q̄ꝫ si mihi accidissent. Quinymo deficerem languore si me lateret hostib⁹ quibus tot et tanta acerba intulisti. a lege nature permissum esse ac licere vim vi repellere. Et huius legis perraro sensi aliquem exemptū esse. Quos enī magis in hostes se finire ꝑcipimus hostiliū telis in primis feriri audimus. Ita qꝫ hic tuus casus prouidendus minime erat. Cōsueueras nanqꝫ inimicis te audacissimū p̄bere. nec alicui cōcedebas. qui te prior eos inuaderet. Sapientissimū enī arbitror vt hunc dolorem ad tempus equo animo patiare. qui tibi. posteritati tue. honori et glorie ꝑfecto futurus est. ꝑ qua q̄dē gr̄a ꝓsequenda. maiores nr̄i queuis ꝑicula subire minime

dubitabant hij morte occupati sunt. illi liberos amiserunt et captiui in seruitutem redacti ac perpetuis carceribus detenti fame ac siti perierũt. Is autem tuus dolor vt medici aiunt neq̄ letalis est neq̄ diu te cruciabit. Quapropter bono sis animo paulo post priori valitudini deo fauente restituere imitari studeas clarissimorum gentilium exẽpla ex quibus rex turnus. eneas. scipio affricanus et q̄ plures alij pro republica et gloria consequenda. et si nec gentiles adeo aliquam remuneratione͂ sperabant mortem obierunt. quã tomagis tu qui credis eos qui pro fide xp̄iana et republica moriunt inter sanctos et dei electos cõputare debes hãc tuam molestiam que mortis comparatione minima est libentissime perpeti.

¶ Exemplũ cõsolationis de peste.

Hesterno vespi quo Johannes noster aduenerat is me certiorem reddidit pestis discrimine bononiam admodum misere inuasisse qđ profecto mihi summũ dolorem attulit Statui nanq̄ ydibus may illuc proficisci et studium meũ ceptum p̄ficere. Ibi eñ victualium maior copia. doctorum legentium maior diligentia simulq̄ pericia. et vt omnia breui cõplectar sermone amplior facultas studendi prestolat̄. Preterea plurimũ egre fero tot mihi p̄ceptores familiares ac amicicia cõiunctissimos mortis miserande periculo subiectos fore et eo magis tui gratia in quo te antiquiori amore mihi cõiunctum scio. Quia vero hactenus omnis ferme ytalia hac detestando peste laborauit. Atq̄ omnia gymnasia aliena pene a scolaribus deserta relicta sit puto aut flagello dei aut ex aeris aut regionis corruptione omnem nostram regionem molestare oportere cui flagello sola bononia superesse minime poterat. Quia etiam intelligo legis diuine ac nature p̄ceptis modis omnibus nos teneri neq̄ ipsis aliqua ratione posse resistere stultum arbitratus sum ammodo pestem tam nephariam ac detestandã lugere. Te vero quẽ lectura quam hoc anno istic obtinere meruisti discedere nephas esset maiorem in modũ obsecro obtestorq̄ vt eadem clade tuum animum perturbari nequaq̄ sinas. neq̄ eñ cure tue ac molestia et si te consumerẽt ad aerem

purgandum. pestemq; repellendam. aliquid conducerent. Sint tibi exemplo clarissimi viri iuriscõsulti. qui toto anno ferarie a lectionibus nunq̃ feriati sunt. ⁊ tñ illic pestis inualescebat. ⁊ longe plures Indie q̃ Bononie interierũt Animaduertas deniq; verba Horacij. Qui optatam metam cursu pertingere cupientem multa ferre oportere dixit tamen in quo fidei lumen nullum vigebat. tu aũt religionẽ cristianam profiteris. si hec mentis tue oculis subijcies. huius pestis discrimen immo mortis periculum aspernandũ facile existimabis.

¶ Adest tibi studiosissime adolescens eloquentissimi Augustini Senensis p̃ceptioni finis optatus. quarum si te et lectioni et exercitio insudantem prebueris. ne dubita te paucis post diebus. nõ modo disertum euasurum. verum et cuius etiam Epistolarũ genere fore accomodatissimũ. Uale)

Impressum Lyptzick per Baccalarium wolfgangum Monacensem. Anno deifice incarnationis 1497.

Bibl. Jag.
BIBLIOTHECA UNIV. JAGELL. CRACOVIENSIS

Compositio prima ...







Dan

Bandenus

Meianus fuit olk

confesio bicht
jus de recht

Anno domini
millecimo
7º 8



Jo bone deg ... est deg
quod quod ... ...
... hec ...

... Johannis de depars ... p media
[redacted] ano domi 1701
... ara

... ...

habet aliquam
consultatio...

Tecum Maria

Jesus ... maria

1 x 1 ...
1 7 0 8 ...